



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Hieronymus Roman. n. 73

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

AB AVGVSTINIANIS.

Nascente
Societate
Christiani
mores Ro-
ma reuiu-
iscunt.

73. **A**B HIERONYMO ROMANO, *Viro pietate, ac eruditione clarissimo, qui agens de initijs Societatis in Ecclesia vtilitatem, quam strenuè, tam vtiliter laborantis, Vno (inquit) momento mutata est tota Roma, quia isti amici Dei se dispergebant per vicos, & plateas Urbis, vt cumulatiùs prodesse omnibus. Tunc incepit reuiuiscere antiqua deuotio Primitiæ Ecclesiæ frequentandi confessionem & Eucharistiam: tunc repleri Tempa populo ad conciones confluente. Hæc ille apud Imaginem 1. sæculi Societ. lib. 3. cap. 8. fol. 373. * Et plura in hanc sententiam libro suo 6. de Republica Christianâ, de fructibus Societatis, propagatoque per eamdem vsu Sacramentorum prosequitur in hunc modum. Consideratis (inquit) tot Ordinum incrementis, quotiam supra assignata manent, quo pacto creuerint, ac se multiplicauerint, in hoc Societatis Iesv Ordine clausi cæteri omnes videntur, quia si in illis fuerunt asperitas, Doctrina, Prædicatores, Magistri multarum virtutum, in isto id totum continetur, quia in eo inuenitur Schola temperantiæ, continentia, verecundia, Mundi contemptus, amor proximi, zelus animarum. Per hoc Institutum renouari vetus consuetudo frequentia Sacramentorum, Pænitentia, & communionis cœperunt, frænari Homines à blasphemijs, & iuramentis, seque omnes verbis sanctissimis, & amore plenis salutare. Hodie per hanc Religionem videmus modestiam in iuuenibus, educationem bonam in pueris, honestatem in Virginibus, grauitatem in Matronis, & tandem in quolibet hominum statu, ac conditione reformationem. Sic ille, apud P. Euseb. in vita S. Ignatij, tractatu de eius zelo, Regula 3.*

Est compendium
omnium
Religionum.

Omnium
virtutum
Schola.

Hominum
reformatrix.

74. **A** IOANNE MARQVEZ *Difertissimo Magistro, & Salmanticensis Vniuersitatis excellenti lumine in Gubernatore suo Christiano lib. 2. cap. 24. Notauit (inquit) Genebrardus lib. 4. Chronolog.*